

quisquam nobilium Atheniensium mihi ignotus est". Tunc delphinus, *similis* mendacio valde iratus, eam *submersit* atque *necavit*.

¹ *quaesivit*: il verbo *quaero* («chiedere» per sapere) si costruisce con *e*, *ex* + ablativo. ² *Esse* «Sei...?»; l'enditica *-ne* serve a introdurre una domanda di cui non si conosce la risposta

Alius e alter ripetuti

Alius, *alter* e gli avverbi da essi derivati quando sono ripetuti nella stessa frase generalmente assumono un significato distributivo.

Osserva i seguenti esempi:

<i>alii alia dicunt</i>	chi dice una cosa, chi ne dice un'altra
<i>alii alia dona dederunt</i>	chi diede un dono, chi ne diede un altro diedero chi un dono, chi un altro
<i>alius alio more vivebat</i>	chi viveva in un modo, chi in un altro
<i>alii alio itinere procedunt</i>	chi procede per una strada, chi per un'altra
<i>dux alium alio (avv.) dimisit</i>	il comandante mandò chi in un luogo, chi in un altro

Altre volte possono avere significato reciproco:

<i>fratres alius alium adiuvat</i>	i fratelli si aiutano l'un l'altro
	i fratelli si aiutano a vicenda
<i>consules alter alterius consilio eget</i>	i consoli hanno bisogno l'uno del consiglio dell'altro
<i>alter alterius manu ceciderunt</i>	caddero per mano l'uno dell'altro

145. Prometheus

Prometheus, Iapeti filius, primus viros ex luto finxit. Postea Vulcanus, imperio Iovis, ex luto feminae simulacrum fecit, cui Minerva animam dedit, ceterique dii alii alia dona dederunt.¹ Ideo feminam Pandoram nominaverunt: nam Graeca lingua «Pandora» omnia dona significat. Dei postea Pandoram in coniugium Epimetheo dederunt. Hi filiam Pyrrham habuerunt, quae prima mortalium in terra vixit. Postea Prometheus, benevolentia erga terrae incolas, eis donum facere cupivit: dolo flammam ex deorum foco abripuit et in terras transportavit. Terrarum incolae valde grati Prometheo fuerunt, sed mox, superbia moti, cupiebant dii esse. Iuppiter igitur, iratus Prometheo, eum crudeliter punivit: in Caucaso eum deligavit ad saxum

clavis ferreis; cotidie aquila eius iecur devorabat, quod noctu iterum crescebat. Post multos annos Hercules aquilam interfecit et Prometheus liberavit.

¹ *alii... dederunt*: «diedero chi un dono, chi un altro».

Indicativo latino/congiuntivo italiano

Con i pronomi, gli aggettivi e gli averbi raddoppiati, come *quisquis*, o uscenti in *-cumque*, come *quicumque*, in latino si usa di norma l'indicativo, in luogo del congiuntivo italiano.

Osserva i seguenti esempi:

Hoc facere debes, quisquis es

Quidquid dicis, te probo

Devi fare ciò, chiunque tu sia

Qualunque cosa tu dica, ti approvo

Leges severe puniebant eum, quicumque Vestalem offenderat.

Le leggi punivano severamente chiunque avesse offeso una Vestale.

Nell'ultimo esempio puoi osservare pure che mentre in italiano usiamo i pronomi doppi (chiunque, chi) con due funzioni logiche, in latino invece queste, se sono in casi diversi, vanno espresse entrambe.

146. Vesta

Apud Romanos Vesta dea erat in cuius tutela lar domesticus positus erat. Romani cultum publice ei tribuebant in aede¹ illa quam apud regiam aedificaverant: ibi pontifex maximus habitabat, cui deae cultum committebant. Aedis sacerdotes² erant Vestales, quae semper vivum³ ignem sacrum servare debebant. Huius ignis extinctio praesagium erat quo nullum aliud infaustius rei publicae poterat esse.⁴ Ei quicumque Vestalem offenderat⁵ poenae severissimae erant. Romani ignem ipsum deae imaginem putabant, cuius in templo nullum simulacrum erat.

¹ *aede*: «tempio»; cosa significa, invece, al plurale? ² *sacerdotes*: può essere maschile o femminile (ma in questo caso?). ³ *vivum*: predicativo. ⁴ *quo... poterat esse*: ordina: *quo* («del quale», complemento di paragone) *nullum aliud* (sott. *praesagium*) *poterat esse infaustius* (comparativo, neutro) *rei publicae* («Per la repubblica», complemento di svantaggio). ⁵ *Ei quicumque... offenderat*: «Per chiunque avesse offeso...»; osserva il pronome doppio, reso in latino con due pronomi (letteralmente: «Per colui chiunque») e il congiuntivo italiano in luogo dell'indicativo latino con gli indefiniti uscenti in *-cumque*.

147. De amicitia

Amicitia est maximum vinculum quod hominem homini coniungit; nihil ea melius dei hominibus dederunt. «Est enim amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia et caritate consensio». Sunt quidam qui¹ amant divitias, alii valetudinem aut honores; sed haec omnia fluxa et caduca sunt, amicitia autem aeterna est. Recte igitur agunt qui summum bonum⁴ in virtute ponunt, quod virtus ipsa amicitiam gignit, nec sine virtute amicitia potest esse. Praeterea nihil homini dulcius est quam amicum habere, quocum laetitiam doloresque communicare.

¹ ea: (sott. amicitia) compl. di paragone. ² «Est enim... consensio»: Cicerone, *De amicitia* 20. ³ Sunt quidam qui: «Vi sono certuni che». ⁴ summum bonum: «il sommo bene».

148. De arboribus

Maximum donum quod dei mortalibus dederunt profecto¹ arbores sunt. Ex his primum homines cibum traxerunt; harum frondibus tectae speluncae minus horridae fuerunt, arborumque folia primas vestes dederunt. Ideo silvae antiquitus templa erant in quibus homines deis cultus tribuebant; quin etiam,² ut³ aliqui censent, haec causa est qua⁴ agricolae deo cuidam dicabant eam, quae cuique altissima arbor erat,⁵ et quam proximam caelo ducebant.⁶ Et haud dubie⁷ prisci homines silvas colebant maiore religione quam nunc deos in templis auro fulgentibus. Sed innumerae sunt etiam arborum utilitates: ad navium, aedium et supellectilis aedificationem; praeterea arbores aquas coërcent et inundationes cohibent; arborum folia gratam umbram et aëra salubrem nobis praebent: nullius rei igitur maior est utilitas quam arborum.

¹ profecto: avverbio. ² quin etiam: «che anzi». ³ ut: «come». ⁴ qua (sott. causa): «per la quale». ⁵ dicabant eam, quae... erat: ordina e interpreta: *dicabant eam arborem, quam quisque habebat altissimam* (predicativo); osserva il dativo di possesso e l'uso di *quisque* dopo il pronome relativo. ⁶ ducebant: «ritenevano». ⁷ haud dubie: «senza dubbio».

149. I due muli

Due muli facevano il medesimo viaggio; uno di essi portava delle ceste piene di denaro, l'altro sacchi zeppi d'orzo. Il mulo che portava il denaro, superbo per il carico prezioso, procedeva a testa alta scuotendo uno squillante campanellino; l'altro invece avanzava a passo lento e tranquillo. Improvvisamente sbucano dai nascondigli dei ladroni; feriscono il mulo che porta il denaro e rubano tutti i quattrini, mentre trascurano il mulo carico di orzo. Quando i ladroni se ne andarono, l'asino ferito gemeva per le sue disgrazie; l'altro allora diceva: «Sono lieto, poiché i ladroni hanno disprezzato l'orzo di scarso valore e perciò non mi hanno ferito».

153. Venus

Inter omnes deas quae Olympum incolebant sine ullo dubio pulcherrima Venus erat, Iovis filia. Nullius deae poetae et artifices maioribus laudibus celebraverunt aut maiore arte oris gratiam et corporis formam¹ effinxerunt. Iuno ipsa, Iovis uxor, eius venustati cedebat.² Nam cui³ notae non sunt eius contentiones cum Venere? Cum Venus apparebat in terras, omnia animantia inanimaque⁴ valde gaudebant: dea caelum serenabat, terram fecundabat, maria suo adventu placabat. Semper secum filium Amorem ducebat, sagittas gerentem quibus hominum et deorum corda vulnerabat. Et vere miseri erant illi quos deus telo suo feriebat. Sacra Veneri inter arbores myrtus erat; inter animalia autem columbas et cycnos dea maxime diligebat.

¹ **formam:** «bellezza». ² **cedebat:** «era inferiore». ³ **cui:** «a chi», interrogativo. ⁴ **omnia... inanimaque:** «tutti gli esseri animati e inanimati».

154. De Scipionis argutiis

In curia duo consules inter se contendebant de imperio belli quod populus Romanus in Hispania gerebat. Alter eorum inops erat, alter¹ autem nimis avidus, sed uterque illius rei honorem sibi vindicabat. Magna erat dissensio inter senatores: alii alteri favebant,² sed neuter superior aut inferior constabat. Tandem senator qui contioni praeerat sic Scipionem Aemilianum interrogavit: "Quae tua sententia est? Utri consuli maiorem fidem tribuis? Utrum alteri anteponis?". "Neutrum", respondit Scipio, "equidem probo: nam alteri nihil est, alteri³ nihil satis est".

¹ **Alter... alter:** «Uno... l'altro». ² **alii alteri favebant:** «chi favoriva l'uno, chi favoriva l'altro». ³ **alteri... alteri:** «uno... all'altro»; il primo *alteri* è dativo di possesso, perciò nella traduzione diventa soggetto.

155. Audace discorso di uno Scita ad Alessandro Magno

Un giorno alcuni soldati avevano condotto da Alessandro Magno uno Scita che avevano catturato nella regione. Questi non pronunciò nessuna preghiera né implorò clemenza, anzi disse con coraggio parole di questo genere: